Fragmentarium

dulcedo. mirum in amaritudinibus
re ipsa est; etiam necat. Unde legitur: Meli-
or est canis vivus leone mortuo. Sci-
entia vivificat tanquam fons aque vi-
ve salientis in vitam eternam. Unde
ait Petrus: Domine ad quem ibimus? Verba
vite eterne habes. Vide ergo fili quos pre-
catores hanc superficiem scientie non medul-
lam, imaginem non veritatem. Veram
non esse veram sapientiam. Cum enim nomen
sapientie denominetur a duobus: a sapien-
do scilicet et sapore. Hec sola vera sapientia est que
facit ut sapias et ut saporem vite eter-
ne habeas. De qua dicitur: In malivolam
animam non introibit sapientia. Erra-
sti fili. Sciolum te putabas, cum
dividebas theoricam per intellec-
tibilem, per intelligibilem, per rationalem.
Hec est per theologiam, per eam scilicet que
agit de deo, per eam que de spiriti-
bus, per eam que de corporibus. Te pruden-
tem existimabas, cum separabas prac-
ticam per privatam, per domesticam,
per politicam. Admirabaris fili tor-
rentem eloquii tulliani, venusta-
tas grecorum dictiones Ysocratis, hanelan-
tia verba Demostenis, que res gen-
das vivis sermonibus animabant. La-
borasti super complexiones Aristotilis
festinatas, quas adeo breves edito-
r ac si non edidisset. In his omnibus facunda
quidem est sapientia sed infecunda. Non enim
spe et vita sunt, de quibus dixit
dominus per prophetam: Perdam sapientiam sapi-

entium et prudentiam prudenti-
um reprobabo. Nec tandem fili meli-
us venisti ad cognitionem de utraque na-
tura Christi. Nosti mysterium nostre redemp-
tionis occultatum a seculis et tenes ec-
clesie sacramenta tanquam malag-
mata nostrorum vulnerum et alligaturas
iuncta spe beatitudinis iocunditatis;
ad quam ergo quid est mater que adsu-
eta similitudine retexuisti lingua-
gium mellis comparans et argento.
De eo enim legitur: Eloquia domini
casta, argentum igne examinatum probatum terre purgatum septuplum; ad quem
mater. Nova quidem tibi similitudo,
sed exquisita. In melle enim contra naturam
liquor quanto liquidior quanto feculentum est et spissum
est super enatat, quod autem liquidius ad ima
descendit. Consideranda id ipsum in operibus;
Christi que evangelica narrat hystoria;
fecit deus prodigia et signa magna in
populis. Lucida quidam et formosa coram
hominibus operatus est. Inferiora tamen
fuerunt opere ipsius finali et qua-
si feculento; exteriorum opus eius
quasi feculentum: dico sputa, flagel-
la, alapas, mortem turpissimam,
mortem latronum. Hec tamen eminenti-
ora ceteris; maius enim fuit per mor-
tem nos a morte liberare quam
mortuos suscitare. Hoc opere de mor-
te et diabolo triumphavit. Unde hic
data michi est omnis potestas in celo
et in terra et in mari etc. Attende filii
que sequitur: comede que sufficit tibi;

patrem Augustinum. Dicens
eum fuisse philosophum in[ter] summos no-
minatum, commendat in eo torrentem
eloquii tulliani. Admiratur in eo
que hanelantibus verbis Demostenis su-
os rebus novit maritare sermones,
et omnem philosophorum periciam in eo fuisse
protestatur; ad quem respondere pos-
sum: scio modicum vel nichil. Ut quid
commendas patrem Augustinum.
Sane dum esset philosophus facundus
erat, sed infecundus doctor; sed modo
est leo, sed mortuus est; post conversionem
factus est de leone mortuo canis
vivus, de doctore erroris doctor
veritatis, custos dominici gregis, de
eo quod fuerat inimicus et impugnator
fidei, factus est defensor et secundum il-
lud: Canes lingua canum tuorum ex
inimicis; et sic elucet quod melior est
canis vivus leone mortuo. A mor-
tuo ut qui non sit perit confessio vir-
tute (?) illius. Non mortui laudabunt
te domine; et ne ignoremus de quo genere
leonum fuit Augustinus, adiectiva
dictione determinatum est cum dicitur mor-
tuus. Quatuor enim genera leonum leguntur
in sacra scriptura. Est enim leo deus et leo
dei, qui ebraice dicitur ariel; est leo zabulus
et est leo zabuli; primus est leo vita, secundus
leo vivus, tertius leo mors, quartus leo
mortuus. Primus stat in specula, secundus
gerit vinea, tertius latet in spelunca,
quartus fremit in platea; de primo:

legitur ...
stat ...
pr...
ut ...
gitur in ...
spec[u]lator ascen[dit] ...
lorem carmeli; subdit ...
leo: ego sto super speculam ...
est per diem et noctem; leo ...
ipse dicitur martir, qui non tim...
sit hominem, de quo Salomon ...
bus gradiuntur et quartum ...
felicius; leo fortissimus besti[arum]
ad nullius pavebit occursum ...
martir qui pellem suam ...
in sanguine ut tand[em] ...
super pennas ventorum; le[o]
latet in spelunca insid...
rapiat bene gradientes ...
perdam catulus suus; de ...
leo rugiens qui circuit ...
quem devoret, cui resi[stite for]
tes in fide; leo mortuus ...
in platea; tenet et attrahit ...
tendit viam que ...
mortem; de quo Sa...
piger: leo foris est, in me[dio pla]
tearum occidendus sum ...
gitur princeps impius ...
fremens princeps impius ...
populum. Si vis intelligere ...
comparatur regi animalium ...
crudele animalem populi ...
cum non solum in ...

License: public_domain – Utopia, armarium codicum bibliophilorum, Private collection, Belgium, fragm. 8, fol. [2]v-[1]r – Petrus Comestor, <i>Sermones</i>
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-fne1/9262/68580)